

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Auff Ihrer Königl. Majest. zu Dennemarck Norwegen,  
e[t]c. e[t]c. Allergnädigsten Specialen Befehl, Revidirte  
Oldenburgische Stadt-Schul Ordnung**

**Adler, Jacob Nicolaus**

**Oldeoburg, 1703**

**VD18 13393405**

II. Paedagogorum.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17761**

§. VI. Qui è prima classe ad Gymnasia aut Academi-  
 as migraturi sunt, Rectori id duobus vel tribus mensi-  
 bus ante significanto, veras migrationis causas illi expo-  
 nunt, testimonium probitatis & diligentiae ab eo petun-  
 to, & tandem oratiuncula publica Scholae nostrae Patro-  
 nis, Rectori, Praeceptoribusque reliquis ac Commilitoni-  
 bus solenniter valedicunt.

## LEGES SPECIALES

### II.

## Pædagogorum.

#### §. I.

**A**mbientes Pædagogiam, inscio Rectore, civi-  
 bus nostrae urbis, vel aliis Musarum Alumnis  
 se non obtrudunt, sed Rectorem alloquun-  
 tor, qui pro ratione progressuum & conditionis hospitia  
 distribuet ac in ea Pædagogos introducet.

II. Pædologi fidei suae commissis discipulis, cum  
 religiosae pietatis, tum morum probitatis exemplo, domi  
 forisque praelucento.

§. III. Mature Discipulos suos de somno excitant,  
 manibus, facieque lotis, atque precibus fuis, caput  
 ex sacris Bibliis cum ipsis legunt, ad lectiones in Schola  
 recitandas praeparant.

#### §. IV,



§. IV. Iusto tempore ad Scholam eos adducunt, è Schola in atrio expectantes, decorè & modeste domum reducunt, lectiones publice propositas, & non alias domi repetunt, exercitia corrigunt, ad latinam puriorè assuefaciunt.

§. V. Lectiones in Schola à Præceptoribus ordinariis inculcatas grammaticè (maxime ad methodum recentiorè) resolvunt, exempla proposita ad regulas etymologiæ & syntaxeos examinant, Grammaticæque analysi absoluta, vocabula & phrasæ excerpunt.

§. VI. Leges Scholasticas Discipulis explicant, observandasque seriò inculcant.

§. VII. Diebus sacris, sacra dicta, Psalmos Davidicos & pias precatiunculas, discipulis Præceptorum injungunt, & ad mensam articulata & distincta voce recitare mandant.

§. VIII. Ab otio ludisque inhonestis immodicisve, verbis potius, quam verberibus privatæ disciplinæ commissos retrahunt. Petulantes tamen & minus obsequentes, moderate cöercentes aut apud Parentes Præceptoremve Classis deferunt, nec Discipulos suos solos relinquunt nec domo hospitis, privati negotii aut recreationis ergo, exeunt, nisi hospite id permittente.

§. IX. In Hospitio servos & ancillas sua agere permittunt, neque temere œconomicis negotiis sese ingerunt. Sed nec abnoctant unquam, nisi honestam ob causam, & cum benevolo Hospitis consensu id fiat.  
Nedum



Nedum in scio eo & citra Rectoris Parentumque voluntatem hospitium mutanto aut relinquunt.

§. X. Ad vitæ licentiam, hospitem facilitate nequaquam abutuntur, tenuiorem forte victus rationem minime traducunt, satis sibi habentes dum modo sanos esse & vacare literarum studiis liceat.

### III. Symphonicorum five sic dictorum Choralistarum.

#### §. I.

**N**emo sine Rectoris jussu & Cantoris consensu, qui tamen Rectoris consensui utique, ut semper, ita etiam hic subordinatus esto, in cœtum Symphonicum recipitor, multo minus aliquis Præfecti munus his in scis in se suscipito & sustineto.

§. II. Recipiendus Rectori suos in literis & Cantori in re musica progressus probato, ad certum, quod præfinitur tempus se mansurum promittito, arma etiam sua, si extraneus sit, & testimonia apud Rectorem deponito.

§. III. Receptus cum leges Lycei nostri generales cum speciales accurate observato; Musicam dextre excolito, sive vocalem sive instrumentalem; secus qui fecerit, qua facilitate receptus, eadem rursus Choro excluditor.

#### §. IV.

